I DOTTORI BOLOGNESI

Di Teologia, Filosofia, Medicina, e d'Arti Liberali

Dall'anno 1000. per tutto Marzo del 1623

DI GIO. NICOLÒ PASQVALI ALIDOSI

Al Molto Illustre, & Eccellentiss.

SIG. GIACOMO BARBIERI

In Bologna per Nicolo Iebaldini 1623 Con licenza de Superiori



BIBLIOTECA NAZ.
ROMA
VITTORIO EMANUELE

MOLTO ILLVSTRE

ET ECCELLENTISS. SIG. MIO PATRON OSSERVANDISSIMO.

ERO come che in obligo di fare questo Catalogo delli Dottori Bolognesi di Filosofia, Medicina, & Arti liberali, & darlo alla Stampa, come feci quello de' Dottori di Legge Canonica, & Ciuile, onde messomi à tal Opera, & venutone à fine, più ragioni mi hanno persuaso à dedicarla à V. S. Eccellentiss. Haueua ella bisogno di buono appoggio per sostegno, & ornamento suo, essendo com'è per se stessa debole assai, & rozza, nè io poteuo ritrouarçelo migliore, perche se conueniua darglielo in persona, che fosse della medesima professione, V. S. Eccellentissima è Dottore, & publico Lettore di Filosofia in questa celebre Vniuersità, & in oltre amatore, & fautore tanto de i Studiosi, mas-

sime di tal scienza, che sommamente ne viene commendata. Si come adunque io stimo d'hauer ben accertato in questa mia elettione, così supplico V. S. Eccellentissima á comprobarla con l'aggradire l'affetto mio molto deuoto verso lei; Il che sarà causa d'obligarlo maggiormente à esserle sempre tale con desiderio di potergliene dar altri segni in altre occasioni; Et in tanto prego Il Signore Dio, che la feliciti.

Di V. S. Molto Illustre, & Eccellentissima

Deuotissimo Seruitore

Gio. Nicolò Pasquali Alidosi.

A I LETTORI.

SE ben in questo Trattato de i Dottori di Teologia, Filosofia, Medicina, & Arti liberali Bolognesi, non incomincio se non dall'anno mille del Signore per non ritrouarsi alcuna scrittura, ò altra cosa, che ne dia notitia, si può tuttauia con ragioni concludenti credere, che in questa Città molti centenara d'anni prima fossero di questi huomini, così & per l'antichità sua, come per la fertilità de i felici ingegni, che hà sempre hauuti. Ma se pur questo non si volesse presuporre, almeno si hà da tener per fermo, che ve ne fossero del quattrecento ventitre quando Teodosio Secondo Imperatore le concedè lo Studio, ma che per le barbarie de' Gotti, & Lõgobardi, che distrussero da poi l'Italia non se n'habbia memoria. (he detto Imperatore poi le facesse tal gratia, poiche à qualch'vno, e parso di voler dubitarne, voglio anch'io mettere quì alcune autorità non poco autentiche, per le quali oltre il testimonio dell'istesso Priuilegio si potrà veder, & concludere insieme, che lo Studio in Bologna principiasse all'hora. Ruggiero da Beneuento Dottore di Legge, che fù del 1140. sopra la Legge si duas ff. de esculationibus tutorum, nella glosa finale di esso Ruggiero, reuoca in dubio, non per modo di Historia, ma per supposito certissimo, se in vigore di esso Priuilegio si possa leggere di là dal Torrente Aposa, per-

che

che quando fù concesso la Città non s'estendeua tant'oltre, il che arguisse, & autentica la verità del Priuilegio. & l'antichità dello studio, atteso che poco dopò la morte di Teodosio, & di S. Petronio Vescouo nostro, che l'impetrò, Bologna come si sà fù ampliata. Referisse anco l'Odofredo nella citata Legge si duas, *che si mosse il medesimo dubbio al tempo d'Azone il qual leggeua oltre detto Torrente appresso la Chiesa di S. Stefano, & nel Proemio de i ff. nel* §. Hæc autem tria num. 9. *attesta d'hauer letto detto Priuilegio presso la Chiesa di S. Vittore; Anco pur nel citato luoco Bartolo; Et la glosa nella Clementina prima* de Magistris, *dice, che molto prima di Peppo vi era lo Studio in Arti. anzi espressamente dice che fù Instituito l'anno 423. di Nostro signore al tempo di S. Petronio, si che essendo stati questi Dottori cinque, ò sei cento e più anni sono, appare chiaramente l'antichità del Priuilegio di questo Studio, & Fra Leandro nella sua Historia d'Italia asserisse d'hauer ueduto nell'Archiuio delli Marchesi d'Este questa memoria* Anno ab incarnatione Christi 424. Theodosius Secundus Iunior Arcadij filius, & nepos Theodosij imperauit annos XXVII. Hic Theodosius studium Bononiæ dedit, & Ferrar. vltra Padum transtuli mandauit. *E nelli statuti della Città, che sono nell'Archiuio publico nel Capitolo* de Consuetudine studij *dicessi che lo studio fù concesso da Teodosio Imperatore per intercessione di S. Petronio. Essendo dunque antichissimo questo Studio nell'Italia, & essendo*

essa

essa Italia sempre feconda di letterati, onde Theodoro Zanigero disse di lei, Felix Armis felicior literis Italia, litteris enim toto orbe etiam num triumphat. *Dobbiamo necessariamente affermare, che le buone lettere, & la Filosofia siano sempre in questa Vniuersità fiorite, come ne rende testimonio il Beroaldi nell Opuscolo* De Felicitate, licet Bononia inter cēs Italicas Vrbes sit florens, & famigerata, iam tamen Florentissimam, Illustrissimamque nulla ferme res alia peræque facit, ac Diatribe, & Gymnasia litterarum atque conciliabula Scholasticorum quæ haud dubie cum omnibus totius Italiæ celebratioribus Gymnasijs claritudine cōtendunt, nulli cedunt, quæ Alexandrino, Attico, Tharnēsi, Massiliottico memoratissimis apud Priscos Gymnasijs proxime accedunt. *Et ciò conferma il medesimo Zanigero col testimonio di Pandolfo Colenuzzi (cosa degna di memoria) riferendo, che Federico Secondo Imperat. come amatore di essa, procurò che l'Opere d'Aristotele, che si trouauano appresso i Saracini fossero tradotte d'Arabico in Latino, & le mandò allo Studio di Bologna, vsando queste parole,* Federici Secundi Imp. German. studio atque cura factum est vt Aristotelis opera quæ apud saracenos latebant in orbē latinum post liminio reuersa sint, vt prius ex Arabica lingua summum philosophum balbutientem Occidentales audierint quam sua lingua fluentem viderint libros certe eius ab eodem Bononiensi Academiæ ad Phi-

losophandum serio oblatos fuisse. *Donde si conosce manifestamente quāto fosse in gran stima appresso à quel grande Imperatore lo Studio di questa Città. Tralascio, che questo Studio hà partorito Medici di Sommi Pontefici come ne fo mentione nel presente, i quali sono equiparati a Duchi, & ottengono luoco di Conti di primo ordine, come dice Bartolo in* lege prima C. de Comitibus. & Archiatris lib. xii. *dice*, Medicus Principis aut Pape equiparatur Ducibus, & Vicarijs Principis, & obtinet locum Comitis primi ordinis. *Dirò solo che Carlo V. Imperatore honorò di Priuilegi amplissimi, li Collegi di Filosofia, e di Medicina con facultà di creare Conti, e Cauallieri Palatini, &c. come appariſſe nel Priuilegio dato in Bologna sotto li 24. di Febraro del 1530. che serà posto nel presente Trattato. Il Collegio de' Dottori Teologi fu concesso assai più tardi, perche non prima che dell'anno 1360. Papa Innocentio VI. lo concedè à Bologna come nella sua Bolla registrata qui sotto. Inanti li tali Dottori si Addottorauano in Parigi, & si chiamauano Dottori Parigini. Frà questi Dottori hò posti li Padri del Giesu, che sono Bolognesi, c'hanno letto à Parma, perche il giorno che cominciano in quella Città à leggere sono aggregati iui ne i Collegi di quelle Scienze, che leggono, & principiorno l'an. 1605. Nō pongo quì li Theologi fatti dalle Religioni loro, se non quelli che hanno letto nello studio publico. In questo Lib. hò tenuto l'ord. come in quello dei Dot. di Legge, & hò solamēte agiōto quelli che hāno letto.*

Ad Laudem, & gloriam omnipotentis Dei, & Glorioſæ Virginis Matris Chriſti totiuſq; triunfantis Ecc. Ad ſingularem honorem, & exaltationem Mag. Ciuit. Bonon. Anno Domini Mileſimo trecenteſſimo ſexageſimo. Sanctiſs. in Chriſto Pater, & D. D. Innoc. Diuina prouidentia Papa Sextus, Secundo Calen. Iulij, Pontificatus ſui Anno octauo. Ad inſtãtiam, & ſupplicationem Populi, & Communis Bonon. largiſſime dotauit, & magnificauit priuilegiauit ipſam Ciuitatem ſtudio Theologiæ, cuius quidẽ Priuilegij formam, ſiue tenor eſt talis.

INnocẽtius Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei, *Ad perpetuam rei memoriam. Quaſi lignum vitæ in Paradiſo Dei, & quaſi lucerna fulgens in Domo Domini eſt in ſancta Eccleſia facultatis Theologicæ diſciplina, Ipſa quippe velut fœcũda eruditionis mater ad irrigandã ſterilem orbis faciem fluuios depectore Saluatoris emittens humanũ genus originalis ignorantiæ cæcitate deforme per infuſionem veritatis ad viam reducit Iuſtitiæ, viuificat animas, easque ad exaltationem catholicæ fidei, & exterminium hæreticæ prauitatis, & cunctorum infidelium, & aduerſus etiam inuiſibiles poteſtates armis inexpugnabilibus munit, & fortiſſimas conſtituit bellatrices. Hæc frequenter intra cordis arcana ſolicita mente reuoluimus, & intenta meditatione penſamus, tantoq; propterea amplius ad illius dilationem ſtudia, & labores libenter impendimus, quãto exinde maiora animarum lucra prouenire, & vniuerſalis Ecc. ſtatum amplius cognoſcimus augumentari. ſane dudũ fructus vberes quos Studium Bononienſe quod longiſſimis temporibus in ſe ipſo ſicut perfulgida ſtella emicuit, & diffuſa claritate longe, lateque refulſit in iure canonico, & ciuili, & liberalibus Artibus tanquam ager plenus cui Dominus Bene-*

dixit copiosa fertilitate produxit hactenus, & producit, cum delectatione animi recensemus, & deinde speramus ipsius Theologicas palmas si illius studium esset ibidem amplius propagari dumq; fidei puritatem & deuotionem eximiam quam dilecti filij Populus, & Com. Ciuit. Bonon. nostri, & Rom. Eccl. fideles ad nos, & dictam Ecclesiam habuerunt hactenus, & habere noscuntur diligenter attendentes dignum duximus, & equitati congruum existimamus, vt Ciuitas ipsa quam Diuina gratia magnis donis, & gratijs illustrauit Bonorum multiplicium faconditate dotauit, & loci amanitate non modica decorauit, huiusmodi scientiæ Theologicæ facultatis muneribus amplietur; Ideoq; eorumdem Populi, & Communis deuotis in hac parte supplicationibus benignè annuentes Auctoritate Apostolica statuimus, & ordinamus quod in dicta Ciuitate deinceps studium generale in eadem Theologica facultate existat, & perpetuis futuris temporibus vigeat, ac docentes, & studentes ibidem in facultate predicta omnibus Priuilegijs libertatibus, & immunitatibus concessis Docentibus, & Scolaribus Studentibus in illa in Studys generalibus eiusdem facultatis commorantibus gaudeant, & vtantur. Volumus tamen quod ad Docendum, & regendum in ipso studio in huiusmodi faculteate Magistri, & Bachalarij qui in Parisiensi seu alijs famosis studys eiusdem facultatis honorem Magisterij seu Bachalariatus receperint, & alias experti, & idonei in huiusmodi studiis Theologicæ facultatis nouiter assumantur Ita quod Ciuitas ipsa tãto insignita honore dotibus fulgeat honori correspondẽtibus; memorato insuper Ciuitatem, & Studium prefata ob profectus publicos quos proinde speramus amplioribus honoribus prosequi intendentes, auctoritate ordinamus eadem vt si qui in eodem Studio processu temporis eiusdem scientiæ Theo-

logicæ

logicæ facultatis brauium assecuti sibi docendi licentiam vt alios erudire valeant petierint, impartiri possit examinari diligenter ibidem, & in eadem facultate Theologica titulo magisterij decorari, auctoritate Apostolica statuentes vt quociens aliqui in eadem Theologica facultate in eodem studio fuerint Magistrandi præsententur Episcopo Bonon. qui pro tempore fuerit vel eius Vicesgerenti sufficienti tamen, & idoneo quem ad hoc ipse Episcopus duxerit specialiter deputandum seu Ecc. Bonon. Pastore carente dilectorum filiorum Capituli ipsius Ecc. qui erit pro tempore Vicario Generali, qui omnibus Magistris dictæ facultatis Theologicæ in qua huiusmodi examinato fuerit faciendæ in studio ipso actu regentibus præsentibus conuocatis eos gratis pure, & libere ac omni dolo, & fraude ac dificultate cessantibus de scientia facundia modo legendi, & alijs quæ in promouendis ad Magisterij honorem in facultate prædicta, & eius officium requiruntur examinare studeant diligenter, & illos quos idoneos reperierint petito secrete pure, & bona fide eorumdem magistrorum consilio quod vtique consilium in ipsorum consulentium dispendium ac iacturam sub debito iuramenti super hoc præstandi tam ab Episcopo seu Vicario ac Magistris singulis huiusmodi reuelari quomodolibet districtius prohibemus; Approbet, & admittat eisq; petitam licentiam largiatur alios minus idoneos post positos gratia odio vel fauore nullatenus admittendo super quibus Episcopus Magistrorum ac Vicarij prædictorum conscientias oneramus volentes, quod illi qui in præfato studio Magistrati fuerint in facultate prædicta in eo, & alijs generalibus studij dictæ facultatis regendi, & Docendi absq; approbatione alia liberam habeant facultatem. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostrorum statutorum ordinationum intentionis, & voluntatum infringere

vel ei ausu temerario contraire, si quis autem hoc attentare præsumpserit indignationem Omnipotentis Dei, & Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum eius se nouerint incursurum. Datum apud Villam nouam Auinionen. Diœcesis secundo Calendas Iulij Pontificatus nostri Anno octauo.

Nel Libro secreto del detto Collegio vi è la seguente narratiua sotto l'Anno 1362.

Cuius rei fama per vniuersum volante, Tempore Reuerendissimi in Christo Patris, & D. D. Androyni Card. Cluniac. in Bonon. & Ciuitatibus Ecclesiæ in Italia constitutis Apost. Sedis Legati, atq; vniuersalis in Christo Patris, & D. D. Aymerici Bonon. Episcopi nostræ Sacræ Theologiæ facultatis dignissimi Cæcellarij ad fundandum, & inchoādum Bonon. Studium Theologicæ facultatis ex diuersis Mundi partibus huc acceßerunt viri sacræ lectioni dediti, & in lege Domini Eruditi Doctores vtiq; Theologici scientia, moribus, & virtutibus insigniti, quorum magistrorum nomina digna memoria sunt ista. Magist. Petrus Thomas natione Aquitanius tunc Dei gratia Patriar. Constantinopolit. ordinis S. Mariæ de Monte Carmelo, Magist. Vgolinus de Vrbeueteri Doctor acutissimi ingenij ordin. Heremitarum S. August. Magist. Franciscus Adriani Bonon. vir Angelicæ vitæ ord. Minorum, Magist. Thomas de Padua textualis eximius, & eloquentia clarus ord. Carmelitarum, Magist. Thomas de Fregnano de Mutina Doct. vtiq; moribus insignitus, & fidei zelator intrepidus Ord. Minorum, Magist. Petrus Monachus Cluniacen. D. Cardinalis Cluniacen. Auditor, & socius comensalis. Magist. Ioannes de Podio doctorum speculatiuus, & hæreticorum malleus numquam fessus ord. Frat. Prædicatorum. Magist. Bonauentu-

rade Padua vir tam diuinarum ſcripturarum quam ſæcularium litterarum Commentatorum præfulgidus ordini Heremitarum, Magiſt. Ludouicus de Venetijs vrbanæ eliquentiæ Pater.

PRIVILEGIVM PALATINATVS in ampla forma pro Collegijs Artium, & Medicinæ Gymnaſij Bonon.

CAROLVS V. Diuina fauente clementia Romanorum Imperator Auguſtus, ac Germaniæ, Hiſpaniarũ vtriuſque Siciliæ, Hieruſalem, Inſularũ, Balearĩũ, fortunatarumq; ac noui orbis Indiarum, &c. Rex, Archidux Auſtriæ, Dux Burgundiæ, & Galliæ, Belgiæ Dominus, &c. Ad perpetuam rei memoriam. Quum inter omnia diſciplinarum genera liberaleſq; artes Philoſophia præcipue celeberrima, nobiliſſimaq; omnium conſenſu ſemper habita fuerit, vtque ſit ipſa viuendi lex, virtutum omniũ indagatrix, viciorum expultrix, morum magiſtra, Dei immortalis, Cæli, & ſublunarium omnium exploratrix, adeo vt felices, beataſq; fore Reſpub. illas memoriæ proditum ſit. Quas Philoſophi rexiſſent, aut quorum Principes Philoſopharentur. Quumq; huic proxime accedat Medicinæ ſcientia tantæ nobilitatis, vt hominem Deo Opt. Max. quodammodo ſimilem faciat. Quippe eius Vitam eſt mortalibus dare, datam vero conſeruare, prorogare, ac in melius reducere munus eſt Medicinæ facultatis, quam & Chriſtus humani generis Autor, Apoſtoliq; oẽs pariter profiterentur; Aequũ itaq; eſſe arbitramur, ac Chriſtianæ Reipub. Imperatore dignũ, harum diſciplinarum, aliarumque liberalium artium ſtudioſos omni fauore, gratia, ac humanitate proſequi. Quod etiam

maio-

maiores nostros Imperatores præstantissimos quorum vestigia insequi volumus animauertisse, ac religiose obseruasse videmus quibus non tam curæ fuit vt eorum imperia longe lateque paterent quæ Florentissima Philosophiæ Medicinæ caterarumq; liberalium artium Gymnasia amplissimis muneribus, priuilegijsque decorata instituere, Quarationem nimirum adductus Theodosius II. iunior Roman. Imperatorum postquam Athenæ corruerant liberalium artium, & Medicinæ studia Bononiam transtulit vbi hæ facultates eius ac Prædecessorum nostrorum opera à situ ac interitu vindicatæ assiduæ excoluntur, ac floreant, speramusque Gymnasia eadem melius procedere, ac amplificari posse si huius sacri conuentus tempore cum Clem. VII. Pont. Max. à nobis aliquo insigni munere exornata fuerint, Quo aduentus in hanc Vrbem nostri, beniuolentiæq; ac paterni amoris dulce pignus, & sempiternam memoriam relinquamus, Accedunt preces Venerabilis docti deuoti syncere nobis dilecti Thomæ Campeggij Artium, & V. I. Doctoris Episcopi Feltren. Archidiaconi Bonon. & eiusdem Gymnasii supremi Cancellarij pro ipsis Collegiis apud nos intercedentis Cuius viri virtutibus, ob illius erga nos deuotionem ac merita non solum in his condescendere sed & maxima quæque concedere cupimus. Igitur motu proprio ex certa nostra scientia animo deliberato, & sano accedente consilio, & de nostræ Cæsareæ potestatis plenitudine omnia, & singula priuilegia concessiones, libertates, præminentias, prærogatiuas, gratias, & indulta eidem Collegio Artium, & Medicinæ Ciuitatis Bononien. à prædecessoribus nostris Romanorum Imperatoribus, & Regibus concessas, & concessa in omnibus suis punctis clausulis, articulis, & continentiis ac si rerum omnium tenores hic de verbo ad verbum inserti forent, & quos pro insertis ac descriptis haberi volumus, per præsentes laudamus, approbamus, ratificamus, & confirmamus innouamus, & quatenus

opus sit, ea omnia, & singula à nouo Clementer concedimus, & elargimur eisque vim robur, & auctoritatem nostram adiicimus, & impartimur & vt nostrã erga eadẽ Collegia Artium & Medicinæ gratiam, & clementiam vberius ostendamus ipsaque Quo largius homines decorare possunt eo plures ad virtutem ac bonas litteras sectandas alliciant, eisdem motu scientia animo consilio ac potestate dictis Collegiis Artium, & Medicinæ ad quorum Collegiatos pertinet Scholares in rigoroso examine approbare, & dignos Doctoralibus infulis, & insignibus indicare plenam liberam, & amplam potestatem, auctoritatem, & facultatem cõcedimus vt quos Doctores creauerint, dignosque iudicauerint, Qui equestri dignitate atque insigniis decorentur eosdem possint, & valeant obseruatis solitis cerimoniis Milites siue Equites auratos Romani Imperii nostra, & auctoritate creare facere, & cõstituere, equestribus q; insigniis decorare, & omnia militaria ornamenta eisdem tradere, Decernẽtes ac volentes, vt huiusmodi Equites per prædicta Collegia, vt præmittitur creandi omnibus illis iuribus Priuilegiis exemptionibus immunitatibus honoribus dignitatibus, & prærogatiuis vti frui, & gaudere debeãt ac possint Quibus alii milites siue equites aurati quauis. & verbo nostro creati gaudent vtuntur & fruuntur ac vti frui, & gaudere possunt consuetudine vel de iure. Quibus cunque incontrarium facientibus non obstãtibus Recepto tamen ab ipsis Equitibus per huiusmodi Collegia creandis, & ipsorum quolibet, debito iuramento in hũc modũ videlicet. Quod erunt nobis, & sacro Romano Imperio nostrisq; successoribus rite ac legitime ad id venientibus vbicunq; terrarum, & locorum egerint seu ad quamcunque dignitatem, & ordinem peruenerint, fideles, Nec vnquam erunt in consilio, tractatu, & participatione vbi nostrum, & sacri Romani Imperii damnum aut periculum tigatur. Quinimo damna, & detrimenta nostra pro virili sua

auer-

auertent, orphanos vero, & pupillos, viduas, personas miserabiles, & Ecclesias læsas, & oppressas vbi sciuerint defendent, & tutabuntur. Præterea vt prædicta Artium, & Medicinæ Collegia amplioribus gratiis, & prærogatiuis decoremus, Motu scientia animo, auctoritate, & potestate supradictos Doctores omnes Collegiis tam Artium quam Medicinæ cooptatos tam præsentes, quam futuros ad quos pertinet Scholares, vt præfertur rigoroso examine approbare, & eorum quemlibet Milites, siue Equites auratos, & sacri Lateranensis Palatii, Aulæque nostræ Cæsareæ, & Imperialis Consistorii Comites fecimus, creauimus, & ereximus, ac per præsentes auctoritate Cæsarea, & de plenitudine Imperialis nostræ potestatis facimus creamus erigimus, & insignimus. Decernẽtes, & volentes vt omnibus, & singulis Priuilegiis iuribus immunitatibus insignibus, ornamentis, honoribus præminentiis, exemptionibus libertatibus, prærogatiuis, gratiis, & indultis frui debeãt, & gaudere: Quibus cæteri Milites, & Equites stricto ense à nobis, aut nostris in Imperio successoribus creati, & ornamentis militaribus, insigniti, ac Sacri Lateranensis Palatii, Auleaque nostræ Cæsareæ, & Imperialis Consistorii Comites fruuntur, & gaudent, seu quomodolibet vti frui, & gaudere possint consuetudine vel de iure, dantes, & cõcedentes eisdem Collegiatis Artium, & Medicinæ, & earum cuilibet amplam facultatem, & potestatem creãdi Notarios publicos seu Tabelliones, & Iudices ordinarios vbique per Sacrum Romanum Imperium, qui idonei sint, & litteratura sufficienter super quo ipsorum conscientias oneramus eosque & ipsorum quemlibet per pennam, & calamarium inuestienti. Dumodo tamen ab ipsis notariis publicis seu tabellionibus, & iudicibus ordinariis per eos, & eorum quemlibet vt præmittitur creandis vice, ac nomine nostro, & Sacri Romani Imperii, & pro ipso Romano Imperio debitum fidelitatis recipiant corporale, &

oprium iuramẽtum in hũc modum videlicet, quod erunt nobis, & ſacro Romano Imperio, & omnib. ſucceſſoribus noſtris Romanorum Imperatoribus, & Regibus legitime intrantibus fideles, nec vnquam erunt in conſilio vbi noſtrum periculum tractetur, ſed bonum et ſalutem noſtram defendent, ac fideliter promouebũt, damnaque noſtra pro ſua poſſibilitate vetabunt. Praterea inſtrumenta tam publica quam priuata, vltimas voluntates, Codicillos, Teſtamenta quæcunque iuditiorum acta, ac omnia alia, et ſingula, quæ illis, et cuilibet ipſorum ex debito dictorum offitiorum facienda occurent, vel ſcribenda, iuſte, pure, fideliter, omni ſimulatione, machinatione, falſitate, et dolo remotis ſcribent, legent, facient, atque dicta bunt; Non attendendo odium, pecuniam, vel munera, aut alias paſſiones, vel fauores, ſcripturas vero quas in formã publicam redigere debebunt in membranis mundis non tamen chartis abraſis, neque Papyreis fideliter ſecundum terrarum conſuetudinem conſcribent, facient, ac dictabunt. Cauſaſque Hoſpitalium, et miſerabilium perſonarum. Necnon pontes, et ſtratas publicas pro viribus procurabunt, ſententias quoq; et dicta teſtium, donec publicata fuerint, et approbata, ſub ſecreto fideliter retinebunt. Ac omnia alia, et ſingula recte iuſte, et pure facient quæ ad dicta offitia quomodolibet pertinebunt conſuetudine vel de iure. Qui quidem notarii publici ſeu tabelliones, et iudices ordinarii per præfatos Collegiatos creandi, poſſint, et valeant per totum Romanum Imperium, et vbique terrarum facere, ſcribere, et publicare contractus, iudiciorum acta, inſtrumenta, vltimas volũtates, codicillos, teſtamenta, decreta, et auctoritates interponere in quibuſcunque contractibus requirentib. illa vel illas, atq; oĩa alia, et ſingula facere, publicare, et exercere, quæ ad dictũ offitiũ notarii publici, ſeu tabellionis, et iudicis ordinarii pertinere, et ſpectare noſcuntur. Decernentes vt omnib. inſtrumentis, et ſcri

pturis per huiusmodi tabelliones, et notarios publicos, siue Iudices ordinarios fiendis plena fides vbilibet adhibeatur, cõstitutionibus ordinationibus statutis, et aliis in contrarium facientibus non obstantibus quibuscunque. Insuper eadem auctoritate nostra Cæsarea motu, animo, ac scientia supradictis, damus, et concedimus eisdem Collegiatis Artium, et Medicinæ qui ad præsens sũt, aut deinceps perpetuis futuris temporibus fuerint, amplam facultatem, vt possint, et valeant, Naturales, Bastardos, spurios, manzeres, nothos, incesturos copulatiue, vel distinctiue, et quoscunque alios cuiuscunque status gradus et præeminẽtiæ existant, etiam si infantes fuerint præsentes seu absentes, et ex illicito, et damnante coitu procreatos seu procreandos existentibus, & non aliis filiis legitimis, vel agnatis eis etiam aliter non requisitis viuentibus vel etiam mortuis eorum parentibus. Illustrium tamen Principum, & Comitum filiis dum taxat exceptis, legitimare, & eos, ac eorum quemlibet ad omnia, & singula iura legitima restituere, & reducere omnemque genituræ maculam penitus abolere ipsos restituendo, & habilitando ad omnia, & singula iura successionum, & hareditatum, tam communia, etiam feudalia seu Emphyteotica, quam locorum quorumcunque spetialia, etiam si de filiis tantum legitime natis loquerentur, etiam ab intestato cognatoris, & agnatorum, ac ad honores, feuda, Dominia, Dignitates, & singulos actus legitimos, tam ex contractu, & vltima voluntate, quã alio quocunque modo, ac si essent de legitimo matrimonio procreati, obiectione prolis illegitimæ penitus quiescente; Et quod ipsorum legitimatio, vt supra facta, pro legitime facta maximè teneatur, & habeatur, ac si foret cum omnibus iuris solemnitatibus. Quorum defectus specialiter auctoritate Imperiali suppleri volumus, & intendimus. Dummodo tamen legitimationes huiusmodi per Collegiatos prædictos, vel eorum quemlibet fiendæ non praiu-

dicent

dicent filiis, & hæredibus legitimis, & naturalibus. Quum ipſi cum legitimandis per ipſos Collegiatos æquis portionibus ſuis ſuccedãt parẽtibus, & agnatis niſi forſam ratione ſexus, vel agnationis ex diſpoſitione legis alicuius municipalis, vel conſuetudine deberent prædicti legitimi præferri ſi ab initio fuiſſent legitimati. Quò caſu ipſam eis prærogatiuã præſentium quoque tenore concedimus. Sin autem ipſi legitimandi de domo, familia, & agnatione parentum ſuorum, ac Arma, & inſignia eorum portare, & deferre poſſint, & valeant, etiam integra abſque vlla ruptura efficiantur nobiles, ſi parentes eorum nobiles fuerint; Non obſtantibus in prædictis aliquibus legibus quibus caueatur quod naturales, baſtardi, ſpurij, inceſtuoſi copulatiue, vel diſiunctiue, vel alii quicunque de illicito coitu procreati, vel procreandi non poſſint, nec debeant legitimari liberis naturalibus legitimis exiſtentibus, vel ſine conſenſu, & voluntate filiorum naturalium, & legitimorum, aut agnatorum, aut feudi dominorum, & ſpeciáliter in authẽtico, quibus modis naturales efficiant legitimi, & quibus modis naturales efficiantur ſui per totum, & §. naturales ſi de feud. fue. controuerſi inter de, & agnat. & l. iubentus. C. de emancip. liber. et aliis ſimilib. quibus legibus, et cuilibet ipſorum volumus expreſſe, & ex certa ſcientia pro hac vice derogari. Et etiam non obſtantibus aliquibus contrahentium diſpoſitionibus, & teſtatorum vltimis voluntatibus, aut legibus alijs, & locorum ſtatutis, & conſuetudinibus, etiam ſi talia ferent, quæ deberent exprimi, & de illis fieri mentio ſpetialis quibus obſtantibus, & obſtare volentibus in hoc caſu, dum taxat, & ex certa noſtra ſcientia, & de plenitudine noſtræ Cæſareæ poteſtatis totaliter derogamus, & derogatum etiam volumus per præſentes, concedentes etiam eiſdem Collegiatis huiuſmodi derogationibus, & clauſulis neceſſarijs, & opportunis vtendi omnimodam poteſtatem. Item damus, & con-

cedimus eiſdem collegiatis præſentibus, & futuris, plenam, & amplam facultatem qua poſſint, & valeant, ac eorum quilibet poſſit, & valeat tutores, & curatores confirmare, conſtituere, & ordinare, eoſq. cauſis legitimis ſubſiſtentibus amouere, nec non cum infantibus quibuſcunq. quacunque tam iuris, quam facti tenentur infamia diſpenſare, & famam eis realiter, & cum effectu redintegrare, omnemque ad eis notæ, & infamiæ maculam abſtergere, eoſque abomnes honores, gradus, officia, & dignitates reddere habiles, & idoneos, atq. filios adoptare, & arrogare, & eos adoptiuos, & arrogatos facere, conſtituere, ordinare. Inſuper filios legitimos, & legitimandos, adoptiuoſque emancipare, & adoptionibus, & arrogationibus, & emancipationibus quibuſcunque omnium, & ſingulorum, etiã infantium, & adoleſcentium conſentire, & veniam ætatis ſuplicantibus concedere auctoritatem, & decretum in omnibus interponere; ſeruos etiam manumittere manum miſſionibus quibuſcunque cum vindicta, vel ſine, & minorum alienationibus, & alimentorum tranſationibus, auctoritatem, & decretum interponere; Poſſintque, & valeant minores Eccleſias, & Comunitates læſas, altera parte ad id prius vocata in integrũ reſtituere, & integram reſtitutionem eis, vel alteri ipſorum concedere, iuris tamẽ ſemper ordine ſeruato. Volentes quæcunque & ſingula in prædictis ex nunc, prout ex tunc, & e conuerſo, rata, firma, & perpetua eſſe, & teneri omni, & quacunq. exceptione remota. Non obſtantibus in præmiſſis aliqua lege, conſtitutione, decreto, ſtatuto, conſuetudine, cæterumq; in contrarium facientibus quibuſcunque. Quibus omnibus, & ſingulis quatenus obſtare poſſent præſenti noſtræ conceſſioni, & indulto, pro hac vice dumtaxat, & ad effectum præſentium totaliter derogamus, & derogatum eſſe volumus, etiamſi talia forent, de quibus ſpecialis mentio fieri deberet. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc noſtræ creationis, erectionis, con-

ceſ-

ceſſionis, decreti, voluntatis, derogationis, priuilegij, & gratiæ paginam infringere, aut ei quouis auſu temerario contraire. Si quis vero ſecus attentare præſumpſerit præter noſtram, & Imperij ſacri indignationem grauiſſimam pœnam quinquaginta marcharum auri puri fiſco, ſeu Erario noſtro Imperiali, totidemque parti læſe toties quoties contrafecerit irremiſſibiliter pendendam ſi nouerit incurriſſe. Harum teſtimonio literarum manu noſtra ſubſcriptarum, & ſigilli noſtri Cæſarei apenſione munitarum. Dat. Bonon. die vigeſimaquarta Menſis Februarij Anno Domini Milleſimo quingenteſimo trigeſimo, Imperij noſtri Decimo, & aliorum Regnorum noſtrorum quintodecimo.

Carol.

BVLLA S. D. N. GREG. XIII. PONT. MAX. Pro confirmatione Priuilegiorum à Romanis Pontif. & ab Imperatoribus, Regibus, & alijs Principibus conceſſorum, cum alijs prærogatiuis, & Priuilegijs Colleg. Doctorum Philoſophiæ, & Medicinæ Ciuitatis Bononiæ.

GREGORIVS PAPA XIII.

AD perpetuam rei memoriam; tanta ſunt quæ per Philoſophiæ, & Medicinæ ſcientiam humanæ vitæ commoda afferuntur, vt illarum profeſſores qui pro publica vtilitate laborare non ceſſant, Sedis Apoſtolicæ benignitatem in eorum petitionibus, & votis experiri, & amplioribus in dies ornamentis decorari promereantur. Exponi ſiquidem nobis nuper fecerunt dilecti filij Doctores Philoſophiæ, & Medicinæ Collegio-

rum nostra Ciuitatis Bononiæ per dilectum filium nostrum Philippum Tituli Sancti Sixti Præsbyterum Cardinalē Boncompagnum nuncupatum, quod ipsi cupiunt priuilegia, immunitates, facultates, libertates, & indulta ipsis Collegijs à Romanis Pontificibus Prædecessorib. nostris, ac Imperatoribus, & Regibus, alijsque Principibus concessa, vt perpetuæ firmitatis robur obtineant nostræ approbationis munimine roborari. Quare nobis humiliter supplicari fecerunt, vt eorum votis annuere de benignitate Apostolica dignaremur. Nos igitur qui liberalium Artium professores speciali dilectione prosequimur Collegiorum prædictorum singulares personas à quibusuis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, alijsq; Ecclesiasticis sententijs, censuris, & pœnis à iure, vel ab homine quauis occasione, vel causa latis si quibus quomodolibet innodati existunt ad effectum præsentium dumtaxat consequendum, harum serie absoluentes, & absolutos fore censentes, huiusmodi supplicationibus inclinati, omnia, & singula priuilegia, immunitates, præeminentias, facultates, prærogatiuas, libertates, gratias, & indulta Collegijs prædictis tam ab ipsis Pontificibus Prædecessoribus nostris, quam ab Imperatoribus, & Regibus Roman. ac alijs Principib. concessa, quorum tenores, ac si de verbo ad verbum insererentur, præsentibus haberi volumus pro expensis quatenus sit in vsu, & sacris Canonibus, ac præsertim decretis Concilij Tridentini non repugnent, auctoritate Apostolica tenore præsentium approbamus, & confirmamus, ac illis perpetuæ, & inuiolabilis firmitatis robur adijcimus, eaque firmiter obseruari debere decernimus, supplentes omnes, & singulos iuris, & facti defectus, si qui forsan interuenerint in eiusdem. Et nihilominus præmissa omnia, & singula prout Prædecessores nostros, ac Imperatores, Reges, aliosue Principes concessa sunt; Apostolica auctoritate tenore præsentium de nouo concedimus, ac omnes, & singulos

Docto-

Doctores in Artium liberalium Philosophiæ, & Medicinæ Collegijs huiusmodi cooptatos præsentes, & futuros milites, & Equites auratos, auctoritate Apostolica earumdem tenore præsentium creamus, constituimus, ac aliorum militum, & Equitum auratorum numero, & consortio fauorabiliter aggregamus, eosque pro talibus haberi, nominari, & reputari, necnon omnibus, & singulis prærogatiuis, priuilegijs, & exemptionibus, fauoribus, gratijs, & indultis, quibus cæteri milites, & Equites aurati de iure, vel consuetudine, aut alias quomodolibet vtuntur, potiuntur, & gaudent, ac vti, potiri, & gaudere poterunt quomodolibet in futurum vti, potiri, et gaudere libere, & licite posse, & debere decernimus; Et insuper eisdem Doctoribus quoscunque quos militari dignitate, ac honore dignos esse putauerint huiusmodi dignitate, & honore cum solita militaris cinguli, & calcarium deauratorum exhibitione decorandi, ac aliorum militum, & equestrium virorum ordini aggregandi, plenam, & liberam auctoritatẽ, & tenore prædictis auctoritatem, et facultatem concedimus. Præterea quod omnes, et singuli in Collegijs huiusmodi ad Doctoratus, vel magisterii, seu licentiaturæ, aut alios gradus pro tempore promoti, omnibus, et singulis antelationibus, priuilegiis, prærogatiuis, libertatibus, immunitatibus, exemptionibus, præeminẽtiis, honoribus, facultatibus, gratiis, fauoribus, et indultis quibus alii Doctores licentiati, et graduati in quibuscunque aliis Vniuersitatibus tam citra, quam vltra montes, ad Doctoratus, vel magisterii, aut licentiaturæ gradum, iuxta illorum ritus, et moris promoti de iure, vel cõsuetudine, aut alias quomodolibet vtuntur, potiuntur, et gaudent, vti, potiri, et gaudere in omnibus, et per omnia perinde, ac si Doctoratus, magisterii, licentiaturæ, et alios gradus huiusmodi in eisdem Vniuersitatibus iuxta illorum ritus, et mores suscepissent, libere, et licite possint, et valeant; præfata auctoritate Apostolica

lica earumdem tenore præsentium statuimus, et ordinamus. Quocirca venerabilibus fratribus Archiepiscopo Bononien. et Episcopo Imolensi, ac dilecto filio Abbati Monasterii S. Stephani ordinis Sancti Benedicti Bonon. per præsentes committimus, et mandamus, quatenus ipsi vel duo, aut vnus eorum per se, vel alium, seu alios præsentes literas, et in eis contenta quæcunque vbi, et quando opus fuerit, ac quoties pro parte Doctorum prædictorum, seu alicuius eorum desuper fuerint requisiti, solemniter publicantes, eisque in præmissis efficacis defensionis præsidio assistentes faciant, auctoritate nostra præsentes literas, & in eis contenta huiusmodi firmiter obseruari, ac singulos, quos præsentes literæ concernunt, illis pacifice gaudere; non permittentes eos desuper per quoscunque contra earumdem præsentium tenorem quomodolibet molestari; contradictores quoslibet, & rebelles per censuras, & pœnas Ecclesiasticas appellatione postposita, compescendo, ac legitimis super ijs habendis, seruatis processibus, censuras, & pœnas ipsas, etiam iteratis vicibus aggrauando; inuocato etiam ad hoc si opus fuerit, auxilio brachij secularis. Non obstantibus felicis recordationis Bonifatii P.P. Octaui Prædecessoris nostri de vna, & Concilii Generalis de duabus dietis, dummodo vltra tres dietas aliquis auctoritate præsentium ad iudicium non trahatur, & quibusuis aliis Apostolicis, necnon in prouincialibus, & synodalibus Conciliis, edictis generalibus, vel specialibus, constitutionibus, & ordinationibus, ac Cancellariæ Apostolicæ per nos, & Sedem eandem in contrarium forsan protẽpore editis; necnon legibus Imperialibus, statutis, & consuetudinibus, etiam Ciuitatum, & locorum, ac illorum reformationibus, etiam iuramento confirmatione Apostolica, vel quauis firmitate alia roboratis, necnon quibusuis priuilegiis, indultis, & literis Apostolicis, etiàm quibusuis Vniuersitatibus studiorum generalium Collegiis, etiam Archiuii Romanæ Cu-

ria, & quibuſuis aliis locis, etiam ad inſtantiam Imperatoris, Regum, & Reginarum, Ducum, Principum, & aliorum Dominorum temporaliũ conceſſis approbatis, & innouatis. Quibus omnibus etiam ſi de illis, eorumque totis tenoribus ſpecialis, ſpecifica, indiuidua, & expreſſa mẽtio habenda, aut aliqua alia exquiſita forma ad hoc ſeruanda foret tenores huiuſmodi, ac ſi de verbo ad verbum nihil penitus omiſſo, ac forma in illis tradita obſeruata inſerti forent præſentibus pro ſufficienter expreſſis habentes in illis, alias in ſuo robore permanſuris, ſpecialiter, & expreſſe derogamus; contrariis quibuſcunque; aut ſi aliquibus communiter, vel diuiſim à dicta ſit Sede indultum, quod interdici, ſuſpendi, vel excommunicari non poſſint per literas Apoſtolicas, non facientes plenam, & expreſſam, ac de verbo ad verbum de indulto huiuſmodi mentionem. Dat. Romæ apud S. Marcum ſub Annulo Piſcatori die XXV. Iulii MDLXXXIII. Pontif. noſtri Anno Duodecimo.

Cæſ. Glorierius.

Ad Perilluſtrem, & Excellentiſs. D.

D. DOCTOREM BARBERIVM.

Mæcenatem vnũ veneratæ eſt Martia Roma,
Seq́; illo celebres extulit ante Duces.
Mæcenatem vnum ſtudiorũ Mater honorat
Seq́; parem inuictæ deputat Auſoniæ.
Ille eques, hic Doctor. Doctis acceptus vterq́;
Ille agros dedit, as largius Hic numerat.
Illius auxilio Tiberis decora alta canuntur,
Huius ope Heroum gloria Rhenicolum.
Viue, ò viue hilaris, Barberi, Neſtoris annos,
Vtq́; ille inceptum perge, perennis eris.

Ioannis Maſtrij.

AD LECTOREM.

Heroes tibi Felſineos Alidoſius edit
Lector, & illorum ſingula geſta docet;
Quas laudes tribues; q̃ præmia; cãdide, reddes
Vt par ſit meritis gloria, parq́; decus.
In ſua profundas forſan præconia voces,
Vt pate facta viris ſint ſua geſta magis?
Falleris; ipſe ſuos ſatis orbi pandit honores,
Nominis illius fama per ennis erit.

Io. Franciſcus Maſſarentius.

EPI-

EPIGRAMMATA
AD AVCTOREM.

EGregie egregia scribis, Nicolae, fluitq́
Inter Verba decens non sine lege lepos.
Intentatam alijs sumis tibi viribus aquam
Materiem, Patriæ gesta, virosq́ tuæ.
Te Duce Felsinei reuolant ad sydera Cyeni,
Te Duce lethaeis egrediuntur aquis.
Lumine tam vario reples, varijsq́ figuris,
Sis, vt ἀυαλθείας, (si bene cerno) κερας.
Dic rogo? Te forsan tanto sparsere liquore
Aonides? placido cum te adiere choro?
Credo equidem. nam vincis apes. florem undiq́ carpis,
Et dulci comples aurea dicta fauo.

Marchionis Henrici Rossij.

Eidem.

TIresias Vates fuerit cum masculus, inde
Fœmina, mutatas sensit vtrasque vices.
Sic quoque Felsinei viui prius, inde peremti.
Falce Acherontæa, qua nihil esse sinit.
Munere mox famæ viui rediere, volanti
Tempore consumti deperiere iterum.
Sæpe ita defuncti, & viui vixere, obiere;
Non casuri vltra per te Alidosi vigent.

Co. Ludouici Maluetij.

Eidem.

OMnia deficiunt rapidos deducta per annos,
Tempus in antiquos nil sinit ire dies.
Nomina Felsineũ pariter memorãda virorum
Perdiderant tacito tempora lapsa pede.
Innouat at calamo meritos, Nicolaus, honores.
Nec patitur scriptis gesta latere suis:
Quæq; ferox rapuit Tempus, celebranda resarcit,
Sicq; alijs famam dum parat; ecce sibi.

Io. Iacobi Amadei.

Eidem.

REddidit Hyppolito superum clementia vitam,
Quiq; vir ante fuit, Virbius inde fuit.
Felsineum Heroas non digna morte peremtos
Nunc reddis scriptis vitæ, Alidose, tuis.
Bisq; Viros facis Heroas, bis inclite diuus.
Ni prorsum Diuis par, Alidose, venis.

Marci Antonij Angelelli.

Eidem.

VIuentes prisci Heroas cecinere Poetæ,
Ne posset rapida Mors abolere manu.
Rhenicolas, Alidose pius, dũ scriptor honoras,
Reti à his è gelido marmore Rhenicolas.
Ne caderent, illi viuos cecinere Poetæ,
Vt viuant functi, tu facis Historicus.

Franciſci Mariæ Zambeccarij.

Tetraſticon eiuſdem.

DVm tot Doctorum Alidosi nomina scribis,
Et quo florueriut tempore, & arte doces:
Immortale paras, ensic tibi nomen, & illis
Quo tua, & illorum viuida fama volat.

Franc. Guidonius.

LI DOTTORI BOLOGNESI

di Teologia, Filosofia, Medicina, & d'Arti.

AZZONE. dell'anno 1173.

Anselmo, ò Ansalino 1250. Dottore in Medicina.

Amideo di Guido d'Albizo d'Amideo Picciolo d'Alberizi. 1250.

Azzolino di Sinibaldo 1266. Medico.

Albertinello di Giacomo da Pianoro 1266. Medico.

Angelo, ò Angelerio 1266. Medico.

Alberto d'Ostesano di Manfredo 1266. Medico.

Andrea 1275. repetitore in Grammatica.

Alberto di M. Guglielmo.

Aimerico, ò Americo detto anco Amorotto di M. Rolandino Medico 1283. fù delli Signori Antiani, e Consoli di Ottobre 1288. e di Decembre 1294.

Aiutura, haueua nome Vittorio d'Ingleri 1284.

Armano da Beluisio, ò da Beluedere dell'Ordine de' Predicatori 1298. fù Mastro del sacro Palazzo.

Hà scritto sopra i quattro libri delle sentenze; vna postila scolastica sopra i Salmi; sopra i quattro libri dell'essere, e dell'essenza di S. Tomaso; Vna esposition sopra l'Hinno *Veni creator.* Vn'altro di Sermoni, & vno delle dichiaratione de' termini difficili, in Logica, Filosofia, e Teologia.

Andrea Cenni 1291. era Medico.

Anselmo di Federico Curti dalla Torre già da Bergamo, e Cittadino Bolognese 1298.

Amoretto Medico, detto anco Amoroto 1300. fù delli Signori Antiani, e Consoli d'Agosto 1303.
Antonio di Vergilio 1300.
Ascanio di Federico Pagani 1302. era Medico.
Amadore di Bonauentura dalle Candele 1300.
Adoardo, ò Odoardo di Gio. Duranti 1305. Medico. fù delli Signori Antiani, e Consoli d'Ottobre 1316.
Andrea di M. Bonsignore 1311.
Alberto, ò Albertino di Giouanni dal Ferro di Maroelli, ò Malorechli 1310. fù delli Antiani, e Consoli di Marzo 1342. di Giugno, e di Settembre 1314. leggeua Medicina.
Alberto di M. Bonsignore della Capella di S. Donato 1322.
Angelo 1322. Dottore in Logica.
Andrea Rustici.
Fù delli Signori Antiani, e Consoli del 1321. di Decemb.
Albizo di Rolando Arnusi.
Andrea di Michele Calzi.
Fù de gli Antiani, e Consoli di Febr. 1322. Testò del 1362
Andrea di Pietro di Bonazonta
Era delli Antiani, e Consoli di Genaro 1324.
Andrea Christiani 1325.
Alberto di M. Galuano di Zancari 1326. lesse Prattica fin'al 1347. Era del Conseglio della Città.
Andrea di Benuenuto da Trasasso
Fù de gli Antiani, e Consoli di Luglio 1332.
Aduocato Guarini da S. Gio. Imperficeto.
Andrea di Bonauentura Guantari da Siena Cittad. Bolog.
Andrea di Giouanni Duranti.
Adamuzzo di M. Francesco da Montepasturo 1339.
Albizo Scanabecco 1340.
Andrea di Salamone 1345.
Era del Conseglio generale del 1347.

Alberto da Zena 1350.
Antonio di M. Gio. Albertozzo 1350.
Andrea di Monte del Passaduro 1355.
Alberto di M. Pizzolo Bonsignori già da Reggio 1363.
Alessandro di Giglio Capricino da Casertano Dottore in Grammatica. Testò l'anno 1362. essendo della Parochia di S. Saluatore.
Andrea Garfagnini.
Antonio di Michele 1362. era Medico.
Antonio da Labante dell'ordine di S. Maria de' Serui 1368.
Era nel Collegio di Teologia.
Fù Priore Generale del suo ordine, e Nuntio Apostolico in Spagna.
Andò poi al Concilio di Pisa.
Morì Vescouo di Fondi l'anno 1410.
Antonio di Fra Gemignano 1368.
Antonio di M. Guezzo da Scarparia 1377. era Cittadino Bolognese.
Albertino di Gio. Forti già da Reggio habitante à S. Gio. Imperficeto, era Medico.
Andrea di M. Gio. Medico da Cazzano 1382.
Era nel Collegio di Filosofia, e di Medicina.
Lesse Logica, e Prattica di Medicina fin'al 1423.
Antonio dell'ordine Heremitano 1382.
Era nel Collegio di Teologia.
Antonio di Bonino Belotti 1385.
Leggeua Arsinetria.
Antonio Fogli da S. Gio. Imperficeto 1394.
Leggeua Medicina dopò nona.
Antonio di M. Alberto del Ferro di Malorichli.
Era nel Collegio di Medicina.
Lesse Medicina, e poi Prattica di Medicina fin'al 1410.

Andrea di M. Gio. di Tamarazzi
Era nel Collegio di Filosofia, e di Medicina.
Fù Lettore di Filosofia Morale, e di Medicina la mattina, e poi di Prattica di Medicina fin'al 1434.
Alberto da S. Giouanni 1398.
Era Lettore di Grammatica.
Antonio di M. Nicolò Medico da Castel San Piero.
Arnoaldo di Gio. Veli Medico
Morì, e fù sepolto in S. Margher. doue sono queste lettere *Sepulchrum Magistri Arnoaldi qd. Ioannis de Vilis, & suorum haredum* MCCCCXVIII.
Antonio dell'ordine de' Predicatori 1402.
Scrisse vn libro di Sermoni Dominicali, Quadragesimali, & di Santi, & vno di Anima fedele.
Antonio di Rustigano da Gesso 1403.
Fù Lettore di Grammatica, e di Rettorica fin al 1430.
Antonio di Gio. detto Zenano Ranuzzi 1406.
Lesse Logica, Medicina, & Prattica fin'al 1445.
Era nel Collegio di Filosofia, e di Medicina.
Fù de' sedeci Reformatori à tempo.
Andò con altri Ambasciatori à Cast. Lodrone da Nicolò Piccinino General del Duca di Milano l'anno 1439.
E poi del 1446. Ambasciatore al Papa.
Antonio di Gerardo detto Zardo Galuzzi 1406.
Fù Lettore di Logica, e di Medicina la mattina, di Prattica, & vltimamente di Medicina al straordinario le feste, fin all'anno 1457.
Era nel Collegio di Filosofia, e Medicina.
Testò l'anno 1461.
Alberto di M. Pietro Medico di Curialti da Tossignano. del 1400.

Angelo dell'Ordine de' Predicatori.
Era nel Collegio di Teologia.
Scrisse sopra le Sentenze.
Morì Vescouo di Valghlem.
Antonio di Biagio Cosa 1413.
Antonio di Fuzzo de' Preti 1418.
Alberto da Sant'Alberto 1420.
Antonio de' Christiani 1431.
Andrea Donelli 1435.
Fù Lettore di Logica la mattina fin al 1445.
Angelo era Medico, & cieco.
Alessandro dell'Ordine de' Predicatori 1442.
Era nel Collegio di Teologia.
Fù grandissimo Teologo celebrato da Agostino da Siena nel secondo libro delle sue Epistole.
Alessandro di Gio. di Paolo d'Vgolino fabro dalla Rocca di Pidigliano.
Antonio dell'ordine Carmelitano 1445.
Era nel Collegio di Teologia.
Andromaco di M. Giacomo Medico di Garati, detto da Milano, già da Parma del 1449. lesse Logica, Medicina, Filosofia al straordinario della sera; Filosofia morale, & naturale i giorni festiui, ordinariamente, & straordinariamente, fin'al 1499.
Era Dottore di Teologi, di Filosofia, di Med. & di Legge.
Fù Canonico di S. Petronio, e Vic. di S. Marco di Faenza.
Morì l'anno 1508.
Il Caual. Casi pone di lui quest'Epitafio.

In l'vna, e l'altra legge, e in le sett' Arte
Fù il Caual lier Andromico professo,
Che il sacro viuer suo far vorrà espresso
Materia haurà, non tempo, inchiostro, e carte.

Antonio Alberghini 1451.
Lesse Medicina, e poi Logica la mattina fin al 1456.
Alberto dalla Crouara 1453.
Hà letto straordinariamente Filosofia.
Antonio Pinarolo dall'oro dell'ordine Minore di S. Francesco 1457. Fù Lettore di Filosofia Morale i giorni festiui.
Andrea di Pietro Crescimbeni à 29. di Decembre 1458.
Lesse Logica la sera, Filosofia morale le feste al straordinario, & ultimamente medicina pur all'straordinario, e all'ordinario i giorni festiui, fin all'anno 1499.
Era nel Collegio di Filosofia, e di Medicina.
Nella Chiesa di S. Giacomo maggiore è fatto mentione di lui nella memoria d'Alberto suo fratello.
Hic iacet ossa spect. ab. Alb. de Crescimbenis D. M. Andr. Artium, & Medic Doct. eius frat. anno Dñi MCCCCXCV. *Die XXX. Nouembr.*
Angelo dell'ordine di S. Maria de' Serui 1463.
Era nel Collegio di Teologia.
Antonio di Labante dell'ordine di S. Maria de' Serui adi Febraro del 1463.
Era nel Collegio di Teologia.
Fù Generale d'esso Ordine del 1486.
Il Caual. Casi dice di lui così,

Anton Labante General de' Serui
Altro San Paolo, di scientia vaso,
Grande e Medici il ferno, ò sorte, ò caso.
Lassò à Milan per loro, e l'osse, e nerui.

Astorre detto Nestore di Benedetto Morandi 1466.
Era nel Collegio di Filosofia, e di Medicina.
Lesse Logica, Filosofia al straordinario della sera, Pratica di medicina, & medicina all'ordinario della mattina, e poi della sera fin al 1503. del qual'anno morì alli 15. di

Agosto di ferite, che gli furono date il giorno auanti.
Et il Caual. Casi pone di lui quest'Epitafio.

Astor Morando Fisico Eccellente,
Nel Circol fù, in Prattica, e in Lettura;
Fù Martial, non cognobbe paura,
Marte vrna al fin gli die sanguinolente.

Alessandro di Gio. Abracciati dell'ord. de' Crociferri 1468.
Era nel Collegio di Teologia.

Astorre de' Bianchi.
Dottore in arte di Grammatica, e di Rettorica, & Lettore dall'anno 1478. fin'al 1501.

Antonio de' Chiari.
Hà letto Logica del 1482. fin'al 1489.

Antonio di Christoforo dal Pellegrino
Fù lettore di Logica dal 1482. fin'al 1490.

Alessandro di Claudio Iachilini di Caualcaselli detto di Achilini del 1484. e l'anno seguente cominciò à leggere Logica, Filosofia, al straordinario, & all'ordinario, poi medicina, all'ordinario della mattina, & anco Filosofia all'ordinario della sera, & continuò fin'all'anno 1512.
Lesse anco nello studio di Padoua, doue hebbe per cõcorrente Pietro Pomponazzo. Poi dal Gouernatore di Bologna gli fù fatto precetto, che douesse ritornare alla patria sotto pena di ribellione, e di scommunica.
Fù Filosofo famoso, & acutissimo nel disputare, onde passò in prouerbio, *Aut Diabolus, aut magnus Achillinus.*
Era nel Collegio di Filosofia, e di Medicina.
E stato precettore dell'Eccellentissimo Lodouico Boccadiferri, e di Panfilo Monti.
Morì alli 2. d'Agosto del 1512. essendo d'età di quarantaotto anni, e 8. mesi, e per il gran concorso di popolo fù posto inanzi alla sua casa sopra d'vn'alto palco adornato, &

alli 3. fù con gran pompa portato dalli più nobili dello studio alla Chiesa de' Frati di S. Martino, con seguito di Dottori, e di Scolari, doue gli furono fatti i seguenti versi & sono anco posti ne gli Elogij del Giouio.

Alexandri Achillini Bonon.

Hospes Achillinum tumulo qui quæris in isto,
Falleris: ille suo iunctus Aristoteli est;
Elysium colit, & quas rerum hic discere causas
Vix potuit, plenis nunc videt ipse oculis.
Tu modo per campos dum nobilis umbra beatos
Errat, dic longum perpetuumque vale.

Latomi.

Quisquis Auerroem censes habuisse cerebrum,
Falleris: haud est me passus habere meum.
Regula non fallit: Propter quod quodlibet vnum
Taliter affectum est, sed magis illud erat.

